



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1862

XLII. Markgraf Ludwig überweist die nächst fällige Urbede und Zollhebung in Frankfurt an Privatleute, am 16. April 1337.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55756](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55756)

XLII. Markgraf Ludwig überweist die nächst fällige Urbede und Zollhebung in Frankfurt an Privatleute, am 16. April 1337.

Ludowicus, dei gratia brandenburgensis et lusatiae marchio, Comes palatinus (reni), Dux bavarie (sacrae Romani Imperii) archicamerarius, Prudentibus viris et discretis Consulibus et vniuersitati ciuitatis vranckenfurd fidelibus suis dilectis gratiam suam (et omne bonum. Vt de pensione) siue contributione nobis in festo beati martini proxime venientis de(benda) strenuo (militi) stangoni Quinquaginta viro Johanni bauaro vestro conciu totidem, vna cum quantitate theloni ipso termino veniente d(eti) et sine) contradictione presentetis, volumus, nichilominus vobis committimus seriose. Nunciamus enim vos dumprimum ipsis, prout premititur satisfeceritis, Quitos presentibus et solutos. In cuius rei testimonium presentes dari fecimus sigilli nostri tergotenus appositi munimine firmiter communitas. Datum berlin, anno domini M^o CCC^o XXXVII^o, Quarta feria proxima post palmarum.

Nach dem mit dem Rücksegel besiegelten Originale des Stadtarchives VIII, 1, 33.

XLIII. Die von Wolkow verleihen an Henning Lichtenberg, Bürger in Frankfurt, einen Wispel Roggen jährlicher Pacht aus der Mühle zu Kurersdorf, am 13. Juli 1337.

In nomine domini amen. Negocia quidem humana facilius elabuntur, que nec voce testium nec scripture ministerio firmiter eternantur. Nouerint igitur vniuersi presentes et posteri tenorem presentium habituri, Quod nos hennigus, hermannus et Bernehardus, fratres, de wolkow dicti, Contulimus, dimisimus et per presentes conferimus prouido viro hennigo de lyctenberck, Ciu in frankenuord, Iusto pheodi tytulo chorum vnum Siliginis annui census situm in molendino prope Conrafdorp sibi suisque veris heredibus perpetuis temporibus pacifice valituris. Si vero dictus hennigus veris orbatus filiis de medio sublatus fuerit, extunc dictus Chorus siliginis ad fratres suos directe et hereditarie devoluetur. Nos etiam Ericus, miles de wolkow, recognoscimus in hiis lucidius et testamur, Si predicti patui nostri videlicet hennigus, hermannus et Bernhardus siue heredibus, quod absit diem extremum clauerint, extunc prefatus hennigus lychtenberch aut sui heredes eodem Choro siliginis a nobis aut nostris heredibus gratuite debent inpheodari. Hec autem vt nostra collatio collationisque protestatio robur perpetuo valiturum obtineat, presentes scribi nostrorumque duorum Sigillorum ac premissi patui nostri domini Erici, militis de wolkou, munimine iussimus solidari. Datum frankenuord, anno domini M^o CCC^o XXXVII, In die beate Margarete, presentibus viris ydoneis, scilicet domino hinrico plebano in crampe, laurencio polono, petzkone wyneken, wilhelmo landesberk, Nicolao et Jacobo de yefs testibus ad premissa vocatis et rogatis.

Nach dem Copialbuche des Carthäuser-Klosters No. 19 b.